

# Saint Apollinaire, évêque et martyr

Mercredi 23 juillet 2025

● 3ème classe

## INTROÏT *Daniel 3, 84.87.57*

**S**acerdotes Dei, benedicite Dóminum :  
sancti et húmiles corde, laudáte Deum.

**Cantique** Benedícite, ómnia ópera  
Dómini, Dómino : laudáte et superexaltáte  
eum in sácula. *Ÿ*. Glória Patri.

**P**rêtres de Dieu, bénissez le Seigneur ;  
saints et humbles de cœur, louez Dieu.

**Cantique** Toutes les œuvres du Seigneur,  
bénissez le Seigneur : louez-le et exaltez-  
le dans les siècles. *Ÿ*. Gloire...

## COLLECTE

**D**eus, fidélium remunerátor animárum,  
qui hunc diem beáti Apollináris  
Sacerdótis tui martýrio consecrásti : tribue  
nobis, quásumus, fámulis tuis ; ut, cuius  
venerándam celebrámus festivitátem,  
précibus eius indulgéntiam consequámur.  
Per Dóminum.

**Ô** Dieu, qui récompensez les âmes  
fidèles et avez consacré ce jour par le  
martyre du bienheureux Apollinaire, votre  
prêtre, nous vous en prions : faites que,  
par les prières de celui dont nous  
célébrons la vénérable fête, nous, vos  
serviteurs, obtenions votre pardon. Par...

## *Mémoire de saint Liboire.*

**D**a, quásumus, omnípotens Deus : ut  
beáti Libórii Confessóris tui atque  
Pontíficis veneránda sollémnitas, et  
devotiónem nobis áugeat et salútem. Per  
Dóminum.

**F**aitez, nous vous en prions, Dieu tout-  
puissant, que la vénérable solennité de  
saint Liboire, votre évêque et confesseur,  
accroisse en nous la dévotion et le salut.  
Par...

## ÉPÎTRE *de saint Pierre I. 5, 1-11*

**C**aríssimi : Senióres, qui in vobis sunt, obsecro, consénior et testis Christi passiónum : qui et eius, quae in futúro revelánda est, glóriæ communicátor : páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáne secúndum Deum : neque turpis luci grátia, sed voluntárie : neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cum apparúerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Simíliter adolescéntes, súbditi estóte senióriibus. Omnes autem ínvicem humilitátem insinuáte : quia Deus supérbis resístit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis : omnem sollicitúdinem vestram proiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estóte, et vigiláte : quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit, quærens quem devoret : cui resístite fortes in fide : scientes eándem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passus ipse perficiet, confirmábit solidabitque. Ipsi glória et impérium in sácula sáculórum. Amen.

### GRADUEL *Psaume 88, 21-23*

**I**nvéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum. *V.* Nihil proficiet inimícus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei.

### ALLÉLUIA *Psaume 109, 4*

**M**es bien-aimés : j'exhorte les anciens qui sont parmi vous, moi ancien comme eux, témoin de la passion du Christ, et qui aurai part à la gloire qui doit être manifestée. Soyez les pasteurs du troupeau de Dieu qui vous est confié, veillant sur lui non par contrainte mais de bon gré, selon Dieu ; non dans un intérêt vil, mais spontanément ; non en dominant sur l'héritage du Seigneur, mais en devenant de tout votre cœur les modèles du troupeau. Et quand paraîtra le maître des pasteurs, vous recevrez une impérissable couronne de gloire. De même, vous qui êtes plus jeunes, soyez soumis aux anciens. Tous, dans vos rapports mutuels, revêtez-vous d'humilité ; car Dieu résiste aux orgueilleux, et donne sa grâce aux humbles. Humiliez-vous donc sous la main puissante de Dieu, pour qu'il vous élève au temps de sa visite. Déchargez-vous sur lui de toutes vos sollicitudes, car lui-même prend soin de vous. Soyez sobres et veillez, parce que le diable, votre ennemi, rôde autour de vous comme un lion rugissant, cherchant qui dévorer. Résistez-lui, forts dans la foi, sachant que les mêmes épreuves arrivent à vos frères qui sont dans le monde. Le Dieu de toute grâce qui nous a appelés dans le Christ Jésus à sa gloire éternelle, lui-même vous perfectionnera après une courte souffrance : il vous affermira et vous fortifiera. À lui la gloire et l'empire dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

**J'**ai trouvé David, mon serviteur ; j'ai répandu sur lui mon huile sainte. Ma main sera son appui, et mon bras sa force. *V.* L'ennemi n'aura jamais l'avantage sur lui, et le fils de l'iniquité ne pourra lui nuire.

**A**llelúia, allelúia. *Ÿ*. Iurávit Dóminus, et non poenitébit eum : Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúia.

**A**lléluia, alléluia. *Ÿ*. Le Seigneur l'a juré et ne se repentira pas : tu es prêtre à jamais selon l'ordre de Melchisédech. Alléluia.

### + ÉVANGILE *selon saint Luc 22, 24-30*

**I**n illo tēpore : Facta est contēntio inter discipulos, quis eórum viderétur esse maior. Dixit autem eis Iesus : Reges gēntium dominántur eórum ; et qui potestátem habent super eos, benéfici vocántur. Vos autem non sic : sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor : et qui præcēssor est, sicut ministrátor. Nam quis maior est, qui recúmbit, an qui mínistrat ? nonne qui recúmbit ? Ego autem in médio vestrum sum, sicut qui mínistrat. Vos autem estis, qui permansístis mecum in tentatió nibus meis : et ego dispóno vobis, sicut dispósui mihi Pater meus regnum, ut edátis et bibátis super mensam meam in regno meo : et sedeátis super thronos, iudicántes duódecim tribus Israēl.

**E**n ce temps-là, il séleva parmi les disciples une contestation : lequel d'entre eux devait être estimé le plus grans ? Jésus leur dit : « Les rois des nations dominant sur elles, et ceux qui leur commandent sont appelés bienfaiteurs. Qu'il n'en soit pas de même parmi vous. Mais que le plus grand parmi vous soit comme le plus petit, et celui qui gouverne comme celui qui sert. Car quel est le plus grand : celui qui est à table ou celui qui sert ? N'est-ce pas celui qui est à table ? Et moi, cependant, je suis au milieu de vous comme celui qui sert. Vous, vous êtes demeurés avec moi dans mes épreuves ; et moi, je vous prépare le royaume, comme mon Père me l'a préparé ; afin que vous mangiez et buviez à ma table dans mon royaume, et que vous soyez assis sur des trônes pour juger les douze tribus d'Israël. »

### OFFERTOIRE *Psaume 88, 25*

**V**éritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

**M**a vérité et ma miséricorde seront avec lui, et par mon nom grandira sa puissance.

### SECRÈTE

**R**éspice, Dómine, propítius super hæc múnera : quæ pro beáti Sacerdótis et Martyris tui Apollináris commemoratióne deférimus, et pro nostris offensió nibus immolámus. Per Dóminum.

**R**egardez favorablement, Seigneur, ces dons que nous vous offrons en mémoire de votre bienheureux prêtre martyr Apollinaire, et que nous immolons en expiation de nos péchés. Par...

*Mémoire de saint Liboire.*

**S**ancti tui, quæsumus, Dómine, nos  
ubíque lætíficant : ut, dum eórum  
mérita recólimus, patrocínia sentiámus.  
Per Dóminum.

**Q**ue vos saints, Seigneur, nous  
réjouissent partout : en sorte que,  
rappelant leurs mérites, nous éprouvions  
les effets de leur protection. Par...

### COMMUNION *Matthieu 25, 20-21*

**D**ómine, quinque talénta tradidísti  
mihi, ecce, ália quinque superlucrátus  
sum. Euge, serve bone et fidélis, quia in  
pauca fuísti fidélis, supra multa te  
constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

**S**eigneur, vous m'avez donné cinq  
talents : voici que j'en ai gagné cinq  
autres. - C'est bien, bon et fidèle serviteur,  
parce que tu as été fidèle en peu de  
choses, je t'établirai sur beaucoup : entre  
dans la joie de ton Seigneur.

### POSTCOMMUNION

**T**ua sancta suméntes, quæsumus,  
Dómine, ut beáti Apollináris nos  
fóveant continuáta præsídia : quia non  
désinis propítius intuéri, quos tálibus  
auxíliis concésseris adiuvári. Per  
Dóminum.

**E**n recevant vos saints mystères, nous  
vous en prions, Seigneur : que la  
continue protection du bienheureux  
Apollinaire nous vienne en aide ; car vous  
ne cessez de regarder favorablement ceux  
auxquels vous accordez de tels secours.  
Par...

*Mémoire de saint Liboire.*

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus :  
ut, de percéptis munéribus grátias  
exhibéntes, intercedénte beáto Libório  
Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia  
potióra sumámus. Per Dóminum.

**N**ous vous en prions, Dieu tout-  
puissant : accordez, par l'intercession  
de saint Liboire, votre évêque et  
confesseur, que, rendant grâce pour les  
dons reçus, nous acquérions de plus  
grands bienfaits. Par...